



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 52. Senticæ iterum capta, irritusque Ferdinandi conatus adversus
Septam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

procedit, indeque Tironem venit, ubi unacum Sponfa sua ultro exceptus est. Eodem fortunæ cursu Senticam, Pennafielam, & Bultanaciam urbes suis subjecit armis, Comite Beneventano, qui eum aggressurus accurrerat, in captivitate abstracto.

§. LII.

Sentica iterum capta, irritusque Ferdinandi conatus adversus Septam.

Cum Alphonfus Senticæ otiosus hæret, urbis Gubernator, quem ibidem constituebat, per summam perfidiam faventibus noctis concubiæ tenebris Ferdinandi copiis liberum urbis ingressum concessit. Hæ Lusitanos ingenti cæde prosternuit, ipsumque Lusitaniz Regem præcipiti fuga Tironem reverti compellunt; cum vero Joannes ejusdem Filius paucis post cladem diebus integram atque recentem militiam adduceret, uterque junctis viribus Senticam redintegrata obsidione premere aggrediuntur, irrito licet conatu. Interea Ferdinandus hostem alio avertere intentus, copias quasdam in Africam decernit, quæ Septam urbem expugnarent. Castellani, cum vix appulsi jamjam Mauros terra urbem tormentis quaterne cernerent, ipsi

Sæcul. XV. etiam eandem mari oppugnare aggrediuntur. Attamen Mauri haud temere veriti, ne capta Septa novum ipsis adversus Victores bellum ingrueret, per urbem transeundi copiam a Governatore postulant, polliciti, se toto impetu Castellanos exercitum a tergo aggressuros. Hac conditione a Governatore minime acceptata, Mauri pedem referunt, ac ipsimet Castellani demum sese recipere coacti sunt, quam plurimis suorum desideratis.

§. LIII.

Galliarum Regis foedus cum Helvetiis.

Sub idem tempus Galliarum Rex cum Helvetiis foedus inibat. Illius articulos ipsimet Helvetii instruxerunt, atque inter eos hi tres præcipui erant. I. Hoc foedus nonnisi decennio persistat, nisi saltem illud prorogare utrique parti bene visum fuerit. II. Sex millium aureorum pensio cuilibet Pago quotannis a Ludovico solvatur, & Helvetii semper pro certo stipendio tot milites, quot Regi opus essent, suppeditent. III. Hujus gentis Viri nunquam contra suos foederatos dimicare, aut urbium vel propugnaculorum obsidiones suscipere compellantur. Foedere utrinque firmato Rex Hel-